

A Siciliæ formæ, ab utroq; latere cōtinet stadia septingēta & quinquaginta; quæ ierò est mari propinquæ, stadia mille trecēta. Ipsi insula pluribus fossis manufactis diuisa, agros habet fertilissimos Aegypti: circūdata em̄ flumine, atq; irriquatū fluuij incremēto magnā uim līmi effundētis, tum cura incolarū, terram omnē quadam machina ab Archimede Syracusio adiuuenta, quā à figura cochleæ dixere, irrigantū, multiplici fructu copioſa eſt. Nilus etiā leniter fluens, cum multā uariāc; terram fecū ferat, quib; ſtam in locis humilibus paulum stagnans, regionē fructiferam fertilem; efficit. Radices in ea multifariā naſcentur, gaudiu uaria, fructuum & olerū natura, quæ multū tum egenis conſerunt, tum infirmis ad ualeſudinē. Non ſolum uero cibos uarios affatim præbet ad saturitatē egentibus, ſed alijs quoq; neceſſarijs ad uitā rebus non parum conſerit adiumentū. Lotoꝝ præterea fert plurimū, ex quo panem conficiunt ad uictus egeſtatē, ciborū insuper, abundantius fert quod appellant Aegyptiam fabam. Sunt & arborū plura uariāc; genera, quarum quaedam Perſea dicuntur, cibus dulcedine præſtant, à Perlis ex Aethiopia allatus, quo tempore Cambyses ea loca uigebit. Sycomorum uero alſe mora ferunt, alſe fructum ficibus ſimilem: quem curti toto fermē anno præbeant, non parum adiumentū uulgō eſurientibus præſtant. Mala, quæ inixaria dicuntur, circa Nili oſta naſcentur: quæ quoniā ſuauitatē gaudiu, tragematis præbentur loco. Conſiciunt quoq; ex hordeo poculi genus zythum nomine, haud multò inferius ſapore uini. Vtuntur etiā pro oleo ad lucernarum uolumen, liquore expreſſo ex planata quam Cycami uocant. Plura insuper fert alia Aegyptus uictui hominum utilia, quæ ſingulatim persequi longum eſtet.

B Animalia Nilus compluria nutrit formæ diſſimili ac natura: ſed duo præcipua, quæ admodum inter ſe differunt, Crocodilum, & equum. horum Crocodilus ex minimo in itinēsum animal euadit. Nam cum oua eius anſerinis ſimilia exiſtant, ex his genitus pullus ad ſedecim cubitorū magnitudinem excrēſcit. Longitudine uitæ hominis fermē eſt, lingua caret, corpus mirabiliter munitū. Nam dorſum eius uniuersum ſquamofum eſt, durissime præcipua, ex utroq; oris latere dentes habet perplures, in queis duo maximē eminent. Non ſolum homines comedit, ſed & cætera terrefria animantia flumini apopinqūatia unguibus grauerter diſcripit. Morsu eft aspero, tetroq;, ut quod dentibus lacera, nunquam ſanetur. Capiebatur priſcis temporibus hamis recenti carne appoſita: nūc quandoq; reti ualido, prout & quidam pifces: quandoq; instrumento ferreo ex cymba ad caput inieclo. Eorum ingens eſt multitudine in flumine & stagnis propinquis, tum quia fecunditate excedit (ſingulis enim parit annis) tum quia perraro capitū. Nam & à quibusdam accolarū ut deus ueneratur, & externis eſt inutiles labor, ob carnes elui malas. At illorum ſeconditati natura ſubliri remedio obſtitit. Animal caniculo perſimile, Ichneumon, nam iuxta flumē belua parit, oua eius inquirens cōterit: quodq; dicitur mirabile eſt, neq; oua comedens, neq; illa ſua utilitate, ſed natura duce, ad neceſſariam quaedam mortalium commoditatem.

Equi uero, quem uocant, magnitudo haud minor cubitis quinq; quatuor pedibus, ungula more bouis fissa. Dentes ex utroq; latere tres habet: ultra reliquias feras eminentiores aures, caudam, uocem, equis ſimilem: reliquum corpus haud diſſimile elephanto. Pellis eft ultrā quam cæteris beluis duriflīma. Aquatilis ac terrefris beſtia, die quidem in imis aquis latet: noctu in terram egressus, tum frumenta depaſcit, tum ſcenum, deſtruens paſſim propinquas agrorum melleſ. Fecundissimum prole animal, ut quod ſingulis annis partur. Capitur arte quadam hominum illos telis appetentium. Cum enim apparet, circumſtant undiq; homines, vulnerantq; telorum quae alligant funibus iactu, laxantq; quo ad exanguis factus capiatur. Carnibus eft duriflīmis, & ad digerendum diſſicillimiſ. Interiora ſingula inutiles ad uescendum.